Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

lius Hetanus dux in monte Wirtziburg ob honorem virginis Marie gloriose primam ecclesiam construx-
it. Et cum Regio Franconie partim plana, partim montosa sit. Montes haud ipsi difficiles
sunt, Ager non admodum pinguis, Namque plerumque arenosus est: Multis in locis consiti col-
les vineis, gratum producunt vinum. Maxime vero apud herbipolim. Et quamquam terra in multos par-
tita sit dominos: tamen herbipolensem episcopum ducem Franconie dicunt. Cum et ea urbs
nobilis episcopi sedes sit, Qui et Franconum dux habetur. Et cum rem divinam facit, gladium in alta-
ri nudum ante se habet. Estque prope urbem In excelso monte (quem montem nostre domine ap-
pellant) Arx arte et opere munita, ac spectatu digna, Ubi prelatus ut plurimum residet. Estque
super alta rupe constructum castellum, a tribus partibus ex planicie sursum erectum, ac sua na-
tura defensum: Pars quarta foveam habet, pontemque, profunditas fovee altissima est: In hac
parte turris est undique propugnaculis communita. In cuius summitate custos residet qui cornu tuba
clamitat. Murus castelli duplex est In medio platea est circularis, Estque in ea capella ad di-
uinum cultum perornata, Ubi are consecrate sunt: Sunt et Ibi mansiones quam plures, tum
ample tum decore, Cellaria sub castro perampla, et stabula multa, Habet similiter hec insignis
civitas tres collegiatas ecclesias: preter basilicam episcopalem in eius summam dictam, Et
quatuor ordines mendicantium: Ordo quoque sancti benedicti ad Sanctum Stephanum locum
aptum possidet: Cartusiensesque: domini Theutonici: et Sancti Ioannis cum Scotis ibi dom-
icilia habent: Quinque etiam monasteria sanctimonialium. Extant et in ea quinque parrochie,
et duo hospitalia. Sacellum item virginis Marie cum turri mira arte constructa, Edesque per-
pulchre Canonicorum et civium hanc urbem exornant, Huic sedi nunc preest nobilis
ac prestantissimus Episcopus Rudolphus de Scherenberg, Qui nonagesimum etatis annum nunc
excedit Et episcopatum innumeris edificijs ac varijs possessionibus auxit.